

Saint-Rigaud, l'une des deux grandes abbayes du Mâconnais, celui de Cluny étant partie dans la cause comme chef d'ordre.

*non essent in domo victualia ad opus conventus, ipsi non permisserunt, sed prohibuerant intromicii, asserentes quod eos fame facerent interire.*

*Hoc totum fuit tempore domini Bernardi prioris.*

13. Item. Duas quadrigatas vini quas emeramus ad opus conventus ceperunt cum armis, et abstulerunt, et deducentes homines nostros verberaverunt.

14. Item. Duos monachos missos pro defendendis nemoribus de equis dejecerunt et pedites redire fecerunt, et duos equos per longum tempus detinuerunt, et unum de ipsis monachis ad sanguinem vulneraverunt.

15. Item. Priorem Sancti-Flori ceperunt, et caupum duxerunt, et equum ejus detinuerunt diu.

16. Item. Decanum Kariloci, ceperunt, et caupum duxerunt, et verberaverunt, et sanguinolentum fecerunt.

17. Item. Durandus Daberti, latronem publicum et malefactorem nostrum, receptaverunt et sustinuerunt in villa Kariloci, contra voluntatem nostram.

18. Item. Quendam accusatum de latrocino, nomine Boterel, capi prohibuerunt, et defenderunt ipsum.

19. Item. Latronem quemdam confessum se interfuisse et adjutorium prestitisse cimiterio de Maliaoco, et duobus cellariis furtim (?) infrangendis, de suspedio liberaverunt et a patibulo cum armis reduxerunt, et postea multa dampna fecerunt ecclesie Kariloci.

20. Item. Quemdem deprehensum cum quadam quam dicebat filiam suam, de prisonia nostra violenter ejecerunt.

21. Item. Domum nostram de Sancto-Hyllario violenter intraverunt cum armis, et equum prioris, ipso presente, ceperunt et secum duxerunt.

22. Item. Frumentum quod habemus in villa de consuetudine, ubi dominus rex habet censivam suam, prohibuerunt et prohibent nos levare, sive repellendo servientes nostros et gagia propter hoc capta auferendo.

23. Item. Monachis nostris insultum fecerunt ad molendinum G. Mouner, et clamaverunt in eos *ad arma*, et eis gravissime fuerunt inv[ad] iati, et hoc ipsum fecerunt alias priori dictae domus.

24. Item. Priori cum cutellis extractis insultum fecerunt, et ad portam clamaverunt contra monachos *ad arma*, tenentes ibidem gladios evaginatos.

25. Item. Alias septa monasterii intraverunt cum armis sine causa, et in quamdam domum.